

A

## VERNVM TEMPVS.

**E**st & verni temporis signum Cucus, id quod vel imperitæ innotuit plectræ. Porrò nuncium eum veris ponit Hesiodus:

*Ἴρος κόκκινος κοκκινές οὐραὶ δρυὸς εἰς πετάλωσι.*

*Vt cantum audieris quem reddit ab ilice coccyx.*

Tunc enim exulare hominem dicit, quia verum eo nuncio veris aduentum intelligent. Pistotherus apud Aristophanem, Aribus, vbi Cuculum Ægyptijs imperasse dicit, tam eos ait quam Phœnices ad cantum huius auiculæ, tanquam ad imperium triticum & hordeum demetere solitos: tempestiui or enim apud eos messis, quam in Græcia & in Italia sit.

## DE CAPRICIPITE

AGE LASTOS.

B



Ominem qui nulla iucundiore consuetudine posset ad risum allici, quod eius expers esset, veluti Socrates fuisse fertur, ostendere si vellet, Capricipitem auem pingebant, quam liene omnino carere tradunt: in liene vero sedes est risus, veluti amoris in iecinore, libidinis in lumbis, iracundiae in felle. Eaq; de causa dictum, columbam summam significare mansuetudinem, quod bile careat.

## DE VPPA.

FERACITATIS PRAECOGNITIO.

**V**pam Ægyptij cum pinxit, præcognitam vindemiæ feracitatem, siue lætum ac plenum vindemiæ prouentum indicabant, lætitiam sci licet aliquam affutaram, vt in Vite latius explicatur. Quia si ante vindemiæ tempus valde clangere auditæ fuerit, nimis rurum vini redundantiam prænunciare creditur.

EBRIETATIS REMEDIVM.

**H**ominem vero ebrietate laborante, ac sibi remediu cōminiscentem, significare cum vellent, Vpupā & Capillū Veneris herbā pingebant: Vpupa si quidē vuis vescitur immodicē, ita vt plerūq; inde ebria fiat, ac simulacra tētari sensit, Capillo Veneris decepto efficacissimè sibi medicatur. Herbā hāc & *asparag*-  
C *tor* Græci vocant, *πεπτό τούτο μηδίαν θάρατη*, hoc est, eo quod minimè marcescat, neq; quidē si aqua profundatur, immersatur, neq; bruma putrefit, vt herba reliquæ summucent autē Vpupā diuinæ literæ, quam piorū mensis inferri nolunt, querulam quippe volucrem, lugubrē atq; Luctuosam, quæ nihil vñquā nisi mœstū & triste meditatur, Vnde per alitis huius hieroglyphicum, hominē vitijs deditum intelligunt Theologi, propterea quod nemo magis querulus, magis q; mœstus assidue est, quā vñlouisq; vir improb⁹ atq; flagitosus: solicitat hūc admis- sorū scelerū cōscientia, vel inquietū exercet admittendorū cupiditas & impotētia. Nam si tumore superbia turgescat, quæ illi vñquā hilaritas, arridebit: Fastu cruciatur assidue, neque villos tantos putat honores, qui quod affectat explorare possint. Repulsam passus est, infelicissimū se mortaliū putat. Aua rus est, si iactura quantulacunq; fiat, vicem deplorat suam: si prædam cui inhiabat elapsam videt, miserè cruciatur. Quid iracundus? an non statim vt incensus est poenas vitij dat sui? Vnde Salomon ei luctum mandat, cui ira, cui rixæ, cui sine causa manus sanguinariæ. Quid inuidus? nonne suimet carnifex indefessus? Quid libidinosus: menita est amica, astuat immensum: expleuit cupiditatem suam, lan-